coque lacero ac impexo capillitio, simijs ac furfure stantib-
bus naribus, vertice acuminato, dentibus putridis, bal-
butiente lingua, mento scabioso, ad sydera usque extollunt,
adamant exosculantur. Sed hoc insipientium, stolidorum,
aliquis stultorum est, non vectorum aut virorum fortium. Hos,
imitatrix boni voluptas, malorum revera mater omnium,
suis illecebris invitat et impellit. Scyllam praeternavigant,
nec abripiuntur, Circes poculum bibunt, nec mutantur: ad
Lottophagos accedunt, nec remanent. Syrenum cantus audi-
unt, nec capiuntur: stent illi licet in medijs fluctibus in-
rabi maris, pectore forti procellas excipiunt. allatret caro,
mundus circumstrepat, diabolus frendeat, fremat, dirissima
minetur, non expavescunt, impavidos feriunt ruinae, victo-
res emergunt, et ut cautes marpesia manet aquae tentionum
minas despiciunt. Hoc pugnare, hoc vincere, hoc triumphare
est. Sed quadruplices hos homines necdum contentos esse,
sed protundere mihi video, Andomarum, Luciam, Democri-
tum et alios, qui tanti aestimarunt habere oculos, ut illos
sibi ipsi abstulerint; e contra vero in tantum adamarunt
caecitatem, ut illam visui longe anteposuerint. Quid? an
ideo omnibus reprehendendus aut abijciendus, quia isti illos